



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,
tum pro Pœnitentibus**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De Voto & Iuramento, paragr. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

§. 2.

De voto, & juramento.

¶ 19 **I**dem, & multo probabi-
lius, dic in voto, & jura-
mento; in quacumque enim ma-
teria *a* sive voveas Sanctis, sive
Beatissimæ Virginis, sive imme-
diatè Deo; vel, sive jures *b* per
aliquem ex his, sive per quod-
cunque aliud, in quo veri jura-
menti ratio apparet: eodem spe-
cie voto voves, eodemque spe-
cie, juramento juras. Ratio est
ista, quia communiter intentio
jurantis est ipsum Deum, qui in
Sanctis, rebusque illis, relucet,
adducere in testem, & in votis,
ipsum eundem Deum colere.
Quare satis est in Confessione
sic proferre: Votum minimè ob-
servavi, falso juravi, &c. sine
follicitudine explicandi cui vo-
veris, vel per quid juraveris.

*a Sanc. l. 4
in dec. c. 11
n. 23.*

*b Sanc. t. 2
de Rel. l. 1.
de juram.
t. 25. n. 10.
Lett. l. 2.
c. 40. du. I
n. 6. Fag.
præc. Ecclesiast. 2. l. 3. c. 5.
n. 2.*

H. 2 20 Sed

§. 2 D

20 Sed quid , si quis votum
confirmarit juramento? Respon-
deo utrumque, id est , votum, &
juramentum fore explicandum.

c Sanc 1.7 c Ratio est clara, quia tunc emer-
de matr. git duplex specie malitia si con-
d. 27. n. 26 tra illa delinquas ; altera contra
Religionem, seu fidem datam per
votum : altera contra obligatio-
nem non adducendi Deum in te-
stem in re falsa. Eodem modo
si res, supra quam cadit votum,
ac juramentum esset ex præce-
pto , etiam hoc explicari debe-
ret : ut si quis vovisset, jurasset
que Missam audire in die festo.
Nec mirum : quia nova specie
malitia adesset , quia scilicet
quis Ecclesiæ præcepto non sa-
tisfacit. Quaratione , & quan-
do vota, vel juramenta repetita
unum, vel plura peccata consti-
tuant, diximus supra cap. I. §. 8.
præfertim n. 52.

§. 3. D.